

autem in Dómino vehemén-
ter: quóniam tandem ali-
quándó refluoristis pro me
sentire, sicut & sentiebá-
tis: occupati autem erátis.
Non quasi propter penú-
riam dico: ego enim didi-
ci, in quibus sum, sufficiens
esse. Scio & humiliári, scio
& abundáre (ubique & in
ómnibus institutus sum) &
fatiári, & esurire, & abundá-
re, & penúriam pati. Om-
nia possum in eo, qui me
confortat.

R. Noli timére servus meus,
quem elegi, effundam spiritum
meum super semen tuum:
***** Benedictionem meam su-
per stirpem tuam. **✠** Ger-
minans germinabit sicut li-
lium, eritque ánima eórum
quasi hortus irriguus. Benedi-
ctionem. **G**loria Patri. Benedi-
ctionem.

In secúndo Nocturno, Añsa.
Misericóvavit Dóminus sanc-
tum suum, & exaudivit eum
clamántem ad se. **Psalms.**
Cum invocárem. **Ixxvij.**
Antiph. Exultábat in Deo
spiritus ejus, & ipse habitá-
bat in eo. **Psalms.** **V**er-
ba mea. **Antiphona.** Admi-
rabile reddidit nomen tuum
Dómine in univérſa terra,
& ideo constitúisti eum su-
per ópera mánuum tuárum.
Psalms. **D**ómine Dóminus
noſter. **✠** Os iusti medita-
bitur sapientiam. **R.** Et lin-
gua ejus loquétur iudicium.

Pater nóſter. **Abſolutio.** **I**p-
sius pietas. **Benedict.** Deus
Pater omnipotens.

Lectio iv.

Petrus nátióne Hispá-
nus, nobilibus parén-
tibus Alcántaræ in Ex-
tremadúra natus, ab ineún-
te etáte mortum innocentia
& gravitate futúre præbuit
indicia sanctitátis. Vix sex-
tum pueritæ annum attinge-
rat, cum orationi frequén-
ter vacans, supernárum rerum
contemplationi attentó
sic ánimo adherere cepit,
ut in Deo totus absorptus,
intérum extra se raperétur.
Provectior deinceps etáte,
post stúdia, in quibus miré
in dies proficiébat, piis mi-
sericórdiæ opéribus, carcé-
ribus, & infirmis visitándis,
Ecclésiis, ac Religiosórum
dómbus perlustrándis, at-
que Misis devóte inserviéndis,
tempus omne infumé-
bat. Ab eo tómpore atrox
córpori suo, tamquam in-
sensusimo hosti, bellum
indicens, præter cibi pará-
móniam, atque à vino ab-
stinéntiam, ob levissimos
defectus aspérrimis illud fla-
gellis macerábat. Quotidie
sibi tamquam mórtuo Psal-
mum: De profundis reci-
tans, priusquam cúbitem
iret, ánimam suam Deo
commendábat.

R. Minister Christi fuit in
labóribus plúribus, in pla-

gis supra modum, in itiné-
ribus sæpe, periculis flámi-
num, periculis in solitudine:
***** In ætúmnis, in vigiliis, &
in jejuniis multis, in fame &
siti, in frigore & nuditate.
✠ In ómnibus exhibuit se-
metipsum sicut Dei minist-
trum in multa patientia. In
ærumnis. **Benedictio.** Chris-
tus perpétua.

Lectio v.

Alijórís perfectiónis flam-
ma succensus, Será-
phicum strictióris disciplinæ
Institutum sextodécimo etá-
tis suæ anno in nova Culo-
dia sancti Evangélii, sive
Extremadúra, Fratrum Mi-
nórum Discalceatórum sus-
cepit. Mox novitiarius pri-
mórdia tanto virtútis ardóre
arripuit, ut rigidissimæ pe-
niténtiæ orándi assiduá-
tem adjungens, provectio-
res etiam hoc stúdi genere
in ea domo anteiret. Anno
probatiónis felicitate explé-
to, ad altióra mortificatió-
nis, strictióris inópice, ac
sublimiórís contemplatiónis
exercitá anhelábat. In ocu-
lórum custódiá præcipuè eni-
tuit, Ecclésiæ ac cellæ (in
qua per integrum annum
commorátus fuerat) ex qua
matéria laqueária forent,
numquam observávit: &
post exactum in Convéntu
triennium, Frates non ex-
vultu, sed ex solo cognos-
cébat auditu, quod etiam

cum ad propinqua loca ex
obediéntia mitterétur, rigi-
dè est protectus. Silén-
tium quoque, puri cordis
custódiám, à principio ita
coluit, ut per tres annos
capitulos deserens, à verbis
loquútióis diceret abstínere.

R. Viriuté multa præditus
sanctus Pater, invictum á
oratione spiritum non rela-
xábat. ***** Cum fructu óperum
proferens divinæ sapie-
ntiæ verba. **✠** Diébus
ac noctibus non cessábat à
supérnis colloquiis & ora-
tione. Cum fructu. **Bene-
dictio.** Ignem filii amoris.

Lectio vi.

Post plura Religiónis mi-
nisteria, in quibus tam-
quam ómnium novissimum
sefe exhibuit, fratrum Præ-
fectus constitutus, ipsórum,
hospitumque pedes propriis
manibus lavábat; cum iisdem
panem ostiátim emen-
dicábat: & intérdum inter
cæmentários opices báni
officio fungebatur. Infirmórum
curam à Deo peculiá-
riter sibi commissam dictá-
tans, in subditórum neces-
sitatibus sublevándis ita so-
licitus erat, ut nobilium
tamen virórum largitióni-
bus persæpè frana injiceret,
véritus ne cultus paupertá-
tis, à se únice díssectus, elec-
mosynárum cópia obrueré-
tur. Quare fratres his inf-
truc-

trūci exēplis, atque a salutaribus sancti viri mōnitis, ad perfectioris vitæ normam inflāmati, nonnullis Constitutionibus (quæ arctioris disciplinae formam continebant) Petro admonente sese ultrò subjecerunt. Adiit quoque vir religionis zelo plenus Lustitanz Regnum, ubi archēsimæ Arabidorūm paupertatis initia adiūvit, atque provexit.

¶ Cum introisset in hortum, in quo fixa erat Crux, expansis manibus orabat, dicens: * Sūcipe me, & salva me, o bona Crux.

¶ Resplenduerunt montes ab ea, & nubes lūcida obumbravit caput ejus. Sūcipe me. Gloria Patri. Sūcipe me.

In tētio Nocturno, Añā. Nullam concessit requiem corpori suo, idēd requiescit in monte sancto tuo. Psalmus. D ōmine, quis. lxxx.

Antiphona. Præventus est in benedictionibus dulcedinis, & lætificavit eum Dōminus in gāudio cum vultu suo. Psalmus. D ōmine in virtute. Antiphona. Innocens manibus, & mundo corde misericordiam accepit a Deo salutari suo. Psalm. D ōmini est terra. * Lex Dei ejus in corde ipsius.

¶ Et non supplantabuntur gressus ejus. P ater noster. Absolutio. A vinculis. Benedictio. Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua. Homilia sancti Petri Chrysostogi Episcopi.

De Terrenarum cura despicienda, Sermone 22.

Præmia statuuntur his semper, quibus certamina dura proponuntur, ac pro magnitudine certaminis, prænitii proponitur magnitudo. Hic est, quodd discipulis suis Christus regnum ponit in præmio, ut in certamine non cedant periculis, non timori. Pericula despicit, qui tendit ad regnum; victoriæ cupidus nescit timere. Nolite timere, inquit, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Grex pusillus mundo, magnus Deo: pusillus, quia gloriosos vocat eos, quos insinuit ad ovium innocentiam, & mansuetudinem Christianam. Pusillus grex est, qui non de magno minuitur, sed crescit de pusillo. Pusillus grex nascētis Ecclesiæ sic designat infantiam, quare venire ad regni sui insulas incrementis cælestibus mox promittit.

¶ In magna siccitate preces

ces fudit ad Deum, & ecce cæli contenebrati sunt, & facta est pluvia grandis. * Quis est hic, quia venti & pluvie obediunt ei? * Dum sacra mysteria in campo perageret, dixit, & sicut spiritus procellæ. Quis est. Benedictio. Cujus festum colimus.

Lectio viij.

Dixit quid faciendum sit regnaturis: Venite quæ possidētis, date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterācunt, thesaurum non deficientem in cælo. Vendite quæ possidētis. Dejecta mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum: jacens animus plebejus nummulum thesauris regalibus antepōnit; pauper sensus parvis incubans perdit magna, & inhians temporalibus, deserit sempiterna. Vendite, inquit, quæ possidētis. Homo, tali mōnitu Christus te ditare voluit, non nudare; manere tibi tua voluit, non perdere; perpetuari non vacuari sacculos imperavit: jussit te transferre, non perdere.

¶ Dōmine Jesu Christe, cui sanctus Petrus adeo fideliter in vita sua servivit, ut in tempore iracundie fieret reconciliatio: * Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ & corpore. Pars Autumnalis.

poris. * Qui sāmula tuæ Teresiæ dixisti, te semper in Petri nōmine petentes exauditurum. Exaudi. Gloria Patri. Exaudi. Benedictio. Ad societatem.

Lectio ix.

Thesaurum non deficientem in cælo, quò fur non appropriat, neque tineæ corrumpit. Pius consilio Patris agit, quàm iure dominantis: inter insidias latronum, & tinearum mortuus, quare tua recòdas oburgat: pervigiles noctes, dies anxios, sollicita tempora ne tibi ipse facias, commonearis. Auri cultus, servator argenti, securitatem non habet, nescit quietem: & qui deest securitatis, quietes perit, poena dives est ille, non censu. Thesaurum non deficientem in cælo, hoc est dicere, Ubi ego sum ibi ponite: date mihi, ego servo. Te Deum laudamus. 17.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona. Mirabilis in Petro Dōminus, cujus testimonia credibilia facta sunt nimis. Psalm. Dōminus regnavit, cum reliquis. 18. Antiphona. Potens opere & sermone, multiplicavit pòpulum Dei, & oves pascuæ ejus. Antiphona. Adhæsit anima mea post te, quia caro mea flagellata est pro te Deus meus. Antiph.

D Cha-

Charitate vulneratus, creaturas omnes caeli & terrae ad benedicendum Dominum provocabat. *Antiphona.* Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum faciebant verbum ejus.

Capitulum. *Philip. 3.* **R**ates, Imitatores mei estote, & observate eos, qui ita ambulat: sicut habetis formam nostram.

Hymnus. **H**ortus Minorum fertilis Florem novellum germinat,

Odore qui gratissimo Mundi replevit ambitum.

Miris nitens virtutibus, Signis refuget plurimis:

Terris, aquis, & ignibus, Auræque nimbis imperat.

Ex fuste tellus arido Invita fructus protulit:

Sanctis subacta gressibus Iter dederunt flumina.

Delapsa nix est nubibus Suspensa caeli robore,

Cunctis stupendam sacculus Paravit ædem corpori.

Extinxit ignis impetum, Agros rigavit imbribus,

Jejuna Fratrum corpora Esca cibavit caelica.

Prærens adest absentibus, Affert medellam languidis,

Causus futuros prospicit, Motusque cordis detegit.

Patri simul cum Filio, Sanctique laus sit Flâmini,

Quo nos ad aulam gloriæ Petri præcætu dirigat. Amen.

* Ora pro nobis beate Petre. *R.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona. Beatus Petrus quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso, fluentia gratiæ propinavit in populo, & accepit stolam gloriæ in consummatione virtutis.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis poenitentiae, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es: concede propitius, ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati, caelestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Potens opere & sermone. *Capitulum.* R rates, Imitatores mei estote, ut supra.

R. br. Amavit eum Dominus, * Et ornavit eum. Amavit. * Stolum gloriæ induit eum. Et ornavit. Gloria Patri. Amavit eum. * Os iusti meditabitur sapientiam. *R.* Et lingua ejus loquetur iudicium.

Ad Sextam, Antiphona. Adhæsit anima mea.

Capitulum. *Philip. 4.* **Q**ue & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

R. br.

R. br. Os iusti, * Meditabitur sapientiam. Os. * Et lingua ejus loquetur iudicium, Meditabitur. Gloria. Os. * Lex Dei ejus in corde ipsius. *R.* Et non supplantabunt gressus ejus. *Ad Nonam, Antiphona.*

Ignis, grando. *Capitulum.* *Philip. 4.*

Scio & humiliari, scio & abundare (ubique & in omnibus institutus sum) satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo qui me confortat.

R. br. Lex Dei ejus, * In corde ipsius. Lex. * Et non supplantabunt gressus ejus. In corde. Gloria Patri. Lex. * Iustum deduxit Dominus per vias rectas. *R.* Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiphona, Psalmi. *Capitulum,* *Hymnus* & *Y.* ut in primis *Vesperis.* 48.

Ad Magnificat, Antiphona. O sanctissima anima, in cuius transitu caeli cives occurrunt, Angelorum chorus exultat, & gloriosa Trinitas invitat, dicens, Mane nobiscum in æternum.

Oratio ut supra. *Deinde fit Commemoratio sequentis.*

DIE XX. OCTOBRIS. *Secunda die infra Octavam sancti Petri.*

Fit de S. Wenceslao Duce & mart. *Semiduplex.*

Omnia ut in Breviario Romano die xxvij. Septembris.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ.

Vespere de SS. Ursula & Sociabus virginibus & martyribus cum Commemoratione precedentis, & Octavæ S. Petri, ac S. Hilariæ n. Abbatis.

DIE XXI. OCTOBRIS. *Tertia die infra Octavam S. Petri.*

Fit de SS. virginibus & martyribus Ursula & Sociabus. *Duplex minus.*

Omnia de Communi Virginum & Martyrum. xc.

*In utrisque Vesperis & Laudibus, * Adducentur regi virginæ post eam, & Proximæ ejus afferentur tibi. Antiphona.* Prudentes virginæ aptate vestras lampades: Ecce sponsus venit, exite obviam ei.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarum virginum, & martyrum tuarum Ursula, & Sociarum ejus palmas inaccessibili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentibus obsequiis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

D 2

Dein-

Deinde fit Commemoratio Octavæ S. Petri, ut in ij. Vesperis. Postea S. Hilariis Abbatis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

Pro Monialibus autem est Duplex majus. Lectiones primi Nocturni. **C**onsuebor tibi, de Communi loco. cvj.

In secundo Nocturno.

Leccio iv.

Gratiano Imperatore, Flavius Clemens Maximus, Romani exercitus in Britannia Dux, arrepta tyrannide, Imperator à militibus acclamatur. Inde copias in Gallias transmittens, ab infensis Gratiano Legionibus exceptus, Imperium sibi corroborat. Cùmque Armoricorum liberem regionem, electis antiquis habitatoribus, Britannicis militibus, quos secum duxerat, divisisset, quo novas colonias propagaret in posteros, Comant Britannici reguli (quem Britannorum Ducem habebat in exercitu) consilio, missa Legatione in Britanniam, singulis militibus novis colonis singulas virgines conjugio foderandas postulat. **6.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. * Spé-

cie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Et deducet.

Leccio v.

Haud visa Britannia regni absurda petitio: Unde in gratiam novi Imperatoris, & quod filias suas non nisi gentilibus suis, isque donatis nova Provincia praeviditibus honestissime collocandas scirent: pro numero militum totidem delictæ sunt virgines: omnes numero undecim mille, quarum princeps erat Ursula, Dionoci Cornubiæ regis filia, desponsata Connano Duci Britannorum militum in exercitu Maximi. Cunctæ igitur Londini collectæ impolite sunt invitæ navigis. Solvèntes nautæ dum Armoricorum regionem cogitant, à fava procella in Germanicum litus desiciuntur.

* Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea naxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. * Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Leccio vi.

Contigit adesse tunc ibi Hunnorum copias, quas à Gratiano Imperatore adversus Maximum evocatas ferunt. Nacti igitur Barbari præclarum illud virginum agmen, impotenti libidinis ac-

estu furèntes, in eas irrunt. Sed cum hortante Ursula, mortem potius appetere, quam virginei pudoris lætiram pati, invicto animi vigore decreverint: Hunni in rabiem immanitatis converti, ad unam omnes trucidant. Sicque Ursula, super comitum suarum velut caelestium margaritarum pretiosum acervum, gloriosa victima prostrumbens, purpura pro Christo fusi sanguinis decorata, triumphatorem tot virginum exercitum, geminis nempè virginitatis, & martyrii laureis insignem ducens, calum victrix intravit. Quorum corpora Colonienis summo honore condiderunt: earumque illustrem agnomen christianus orbis florenti semper memoria celebrat.

* Afferentur Regi virgines post eam, proxime ejus, * Afferentur tibi in lætitia & exultatione. * Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Afferentur, Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno Lectiones de Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium. Simile erit regnum caelorum decem virginibus, ut in Communi Virginum primo loco. cjj.

Nona Leccio ex duabus de S. Hilario Abbate.

In Læudibus fit Commemoratio Octavæ, & S. Hilariis Abbatis.

In secundis Vesperis à Capitulo de sequenti Commemor. precedentis. Apud Moniales Commemoratio sequentis, & Octavæ.

DIE XXII. OCTOBRIS.

Quarta die infra Octavam sancti Petri.

In festo beati Ladislai de Gielnow Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontif. Ixxij. præter ea, quæ sequuntur.

In Hymno. Iste Confessor, mutatur tertius Verus.

Oratio.

Deus, qui beatum Ladislaium religiosa perfectione voluisti omnibus præluere: concede propitius; ut ejus exemplo in virtutibus jugiter proficiamus. Per Dóminum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Leccio iv.

Ladislaius in oppido Gielnovii Diocesis Gnesnensis in Polonia natus, mira vitæ innocentia pueritiam transiit. Adhuc adolescens in Ordine Fratrum Minorum Observantium S. Francisci, quorum antiquam disciplinam sanctus Joannes à Capistrano non diu antè in Polonia

propagaverat, solennia vota nuncupavit. In arrepta religioſe perfectionis via ita profecit, ut abſolute ſancitatis exemplar videretur. Aſſiduis jejuniis, & vigiliis corpus ſubegit: orationis, & contemplationis gratia, charitate, humilitate, aliſque religioſis hominis virtutibus maxime entuit, ac regularem in primis obſervantiam ardenti zelo promovit.

¶ Honeltum fecit illum Dominus, & cuſtodivit eum ab inimicis, & a ſeducitoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ¶ Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

Cum ceteris ſanctitate, zelo, ac doctrina præſequetur, ad regimen ſui Ordinis aſſumptus eſt: ſæpe cuſtoſis Conventus Varſavienſis, & Vicarii Provincie Polonie munus ſumma cum laude obivit. Divini verbi prædicationi operam navavit egregiam. Præ aliis autem virtutibus obedientiam, ac propriæ voluntatis abdicatorem maxime cõluit; cum enim ei Cenobii optio daretur, & socii, qui famularerentur, e Superiorum nutibus pendere ſe vellet profeſſus eſt. Singulã pietate, ac devotione erga

Chriſti Dõmini Paſſionem afficiebatur, quæ tam altè ipſius menti hærebat, ut illius memoriam ſuis in concionibus numquam omitteret.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum, ſtolam glorie induit eum: * Et ad portas paradifi coronavit eum. ¶ Induit eum Dominus lorica fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vj.

Sacro Paraſcèves die cum de Dominica Paſſione ad pòpulum concionem habèret, eique Chriſti dolores, & cruciatus præ oculis pòneret, ſacraſſimum Jeſu nomen ingemans, in extaſim raptus eſt, & ſuper ambonem univèrſo ſpectante pòpulo elevatus. Mox languore correptus, plenus mèritis, ac omnibus Eccleſiæ Sacramentis ritè, ſanctèque reſectus migravit ad Dòminum quarto Nonas Maii anno milleſimo quingentefimo quinto, & in Eccleſia ſui Ordinis Varſaviæ ſepultus eſt. Ejus mèrita, & ſanctitatem ſtatim poſt mortem miraculis Deus comprobavit; præſentemque in ſuis calamitatibus opem agnoſcentes Poloni, & Lithuani inter ſuos primarios Patrones beatum Ladislàum adlegèrunt. Ipſius cultum Summus Pòntifex Benedictus Quar-

Quartusdecimus ratum habuit, & Apoſtolica auctoritate amplificavit.

¶ Iſte homo perſecit omnia, quæ locutus eſt ei Deus, & dixit ad eum: Ingreſſere in requiem meam:

* Quia te vidi juſtum coram me ex omnibus gentibus. ¶ Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & pervenit ad cœleſtia regna, Quia te. Glòria Patri. Quia.

In iij. Nocturno. Lectiões de Homilia S. Petri Chryſologi in Evangelium. Nolite timere, ut sexta die infra Octavam S. Petri. 65.

Vesperæ de S. Joanne à Capistrano, cum Commemoratione præcedentis tantum.

DIE XXIII. OCTOBRIS. Quinta die infra Octavam sancti Petri.

In festo S. Joannis à Capistrano Confes. Primi Ordinis. Duplex ij. Clafis, cum Octava.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis primo loco. lxxij. præter sequentia.

¶ Ora pro nobis beate Johannes. ¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, in utrifque Vesperis & Laudibus. Antiphona. O zelator fidei, persecutor hæreticorum, lumen Virtutum, exterminâ-

tor Turcarum, prædicator egrégie, Doctõr populõrum, Joãnes fidelissimè Ordinis Minorum, esto nobis presidium e regno Beatorum.

Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Joãnis mèritis & doctrinis mirabiliter ſublimasti, & per eum de perſidis tyrannicis in virtute ſanctissimi Nõminis Jeſu fideles tuos triumphare fecisti: præſta quæſumus, ut de inimicis noſtris ejus interceſſione prævalentes in terris, præmiari cum ipſo mereamur in caelis. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate.

Deſudè fit Commemoratio præcedentis.

In primo Nocturno. Lectiões de Libro Sapientie. Juſtus ſi morte. lxxv.

In ſecundo Nocturno.

Lectio iv.

Joãnes Capistrani in Maris patre Germano nobili, & matre ibidem ex honesta familia natus, amisso patre, adhuc puerulus matri perſuaduit, ut viduae statum ſecundis nuptiis præferret. In Gymnaſio Perustino chriſtians, & liberalibus diſciplinis inſtructus, & ob ſcientiam juris egregiam aliquot civitatibus à Neapolis Rege Ladislào præſectus, tam ſanctè geſiſt

republicam, ut quoddam vite religiōse tyrocinium jam tum pōnere videretur. Peritū, dum, perturbatis rebus, tranquillitatem revocare studet, capitur ipse, & in vincula conjicitur; in quibus hōmine Franciscano sibi apparēte, & ad sanctius ministerium vocante, deinde coronā clericāli mirabiliter accepta, inter Fratres Minōres Observantes Deo famulāri constituit; à quibus post aspera experimēta constantiā admittit est.

¶ Honēstum fecit illum Dōminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. *
 * Justum deduxit Dōminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

IN divinis litteris magistrum habuit sanctum Bernardinum Senensem, cuius & vivētis exēpla egregiē imitatus, & mortui gloriā assidue curavit. Severiore disciplina, atque scriptis, quae plurima edidit ad mores formandos, maxime enituit. Eum Martinus Pōnitifex Quintus ad extinguendam Fratricellōrum Sectam unā cum sancto Jacobo de Mārchia Inquisitōrem instituit; de quibus feliciter triumphāntem contra om-

nes hereticos generālem Inquisitōrem creavit. In terris sanctae Romānae Ecclesiae citra Pharam, Joāna secūda Regina flagitante, Judaei sēnoris iniquitatem compressit. Eugēnii Quarti auctoritate, sancto Laurentio Justiniano adjutore, & cōmite, Jesuatōrum causam, eisque crimina falsō objecta cognovit, eorumque innocentiam vindicavit. In Oriēte multis opūme constitutis, Armenōrum ad Ecclesiae sinum redūctiōnem curavit, quae in Concilio Florentino, ubi veluti sol quidam fulsit, perspēcta est. À Nicolāo Quinto contra Judaeos, & Saracenos generalis Inquisitor in omni Italia constitutus, Romae Judaeorum magistrum cum secutoribus quadraginta ad veritatis professiōnem reduxit.

¶ Amavit eum Dōminus, & ornavit eum, stolam gloriāe induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. * Induit eum Dōminus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Idem Pontifex, postulantē Frederico Tertio Imperatore, illum in Germaniam legavit, ut hereticos ad Catholicam fidem, & Principum animos ad concordiam revocaret. Sexen-

nā-

nali peregrinatione in Germania, aliisque provinciis Dei gloriam mirifice auxit, Hussitis, Adamitis, Thaboritis, Hebraicisque inimicis doctrinae veritate, ac luce miraculorum ad Ecclesiae suam traductis. Aegros quamplurimos sanavit, mortuos suscitavit, mutis loquelam restituit. Taurino à Turcis obsessio, divino Spiritu incitatus, & inexpectato milite raptim scripto, suppētas attulit; innotoque saepius cum formidabili hoste, & Christianorum cervicibus imminente conflictu, cum Joānes militi crucifigato, erecto vexillo, sanctissimum invocans nomen Jesu praeret, insignis parta victoria est. His, atque aliis praecclare gestis ex corporis fatigatione lethali morbo contracto, Villacum deseruit. Aegrotum Ladislaus Pannoniae Rex, Mathias Corvinus, ac viri Principes alii vistorunt; eosque ipse ad tuendam christianam religionem hortatus, & sanctis Ecclesiae Sacramentis munitus, vir Apostolicus, & voluntate Martyr animam Deo reddidit anno salutis millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

¶ Ille homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam:

* Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. * Ille est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te. Gloria Patri, Quia. In tertio Nocturno. Homilia sancti Gregorii Papae. Sint lumbi vestri. lxxxij.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavae sancti Petri, & Justum.

DIE XXIV. OCTOBRIIS.

Sexta die infra Octavam

S. Petri.

In primo Nocturno Occur-

rentes die Scriptura loc-

utēte.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Regina virtutum charitatis adeo sancti viri cor repleratur, ac penetraverat; ut vocem, qua Dei amor exprimeretur, audire vix unquam posset sine cordis immutatione, suavi ejusdem charitatis incendio exardescens, nec cellae angustias retineri, nec cordis anxietates pati sufficiens in campos & hortos properabat, ut aeris refrigerio astum temperaret. A Christi praesentia diu abesse non sustinens, ab horto subito impetu raptus per aera, saepius coram Altari se sisebat. Quoties de hoc divino amore in privata colloquiis, vel in concionibus sermonem infundebat.

D 5

bat,

bat, verba tam seruida ac ignia erant, ut audientes ad devotionem mire inflammarentur ac ipse sensibus omnino destitutus, coram ipsis in dulcissima extasi suspenderetur. Cuiusdam eum interroganti, quare oculos ferè numquam attolleret, respondit: Qui Deum suum in corde gerit, omnia visibilia contemnit.

✠ Minister Christi fuit in laboribus pluribus, in plagis supra modum, in itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis in solitudine: ✠ In ærumnis, in vigiliis, & in jejuniis multis, in fame & siti, in frigore & nuditate. ✠ In omnibus exhibuit semetipsum sicut Dei ministrum in multa patientia. In ærumnis.

Lectio v.

HEC autem charitas non solum ipsum per devotionem sursum agèbat in Deum, & per compassivum transformabat in Christum; verum etiam per condescensionem ad proximum inclinabat. Difficillima persèpè itinera arripiebat, ut civium, familiarumque suorum animos reconciliaret. Constitutus in aliqua gravi tribulatione, etiam per miraculum, appetens eodem consolabatur. Erga cœnobii sui agròtos peculiari sollicitudinis

officia, quamvis humillima, exercèbat, aliisque in necessitate publica laborantibus succurrebat. Ad Monasterii portam mendicis ministrare, quin etiam eorum capita, & membra sordida abluere, indumenta refarcire ac lavare, pleraque alia charitatis officia illis exhibere frequentibus consuevit. De aliis factis Fratres suos iudicare, aut censoris munus agere, numquam permisit: neque eos, qui de sua reformatione contradicentibus conquerebantur, audire volebat: sed eos hortabatur, ut pro illis tamquam pro benefactoribus Divinam clemenciam implorarent.

✠ Virtute multa præditus sanctus Pater, invictum ab oratione spiritum non relaxabat; ✠ Cum fructu operum præferens divinæ sapientie verba. ✠ Diebus ac noctibus non cessabat à supernis colloquiis & oratione. Cum fructu.

Lectio vi.

Mirabiles Apostolicus hic poenitentiae Præco, potens opere & sermone, fructus retulit pro animarum salute: sacrum dumtaxat codicem deferens, ex quo suæ prædicationis argumenta unicè depromebat. Nec tantum verbi Dei efficaciam, sed & proprii vultus

tus pallore obinata corda hominum ad Dei amorem convertèbat: solius eligere motiva sermone aspera, atque in vitii reprehendis vehementiora, quibus ex redemptionis nostræ memoria lenimenta suaviora abdiceret. In sacrum Litterarum profunda intelligentia, atque in difficillimis Theologiæ locis explicandis, singularis ejus scientia donum illuxit: quod experimento comprobant nonnulli viri docti, qui antea ejus famam parvipendebant. Exinde factum est, ut in pluribus secularium domibus, eo duce, nova oratoria aperirentur, in quibus assidue preces, & de rebus Divinis collòquia miscebantur. Inde mirus animarum profectus in iis regionibus dimanavit.

✠ Cum introisset in hortum, in quo fixa erat Crux, expansis manibus orabat, dicens: ✠ Suscipe me, & salva me, ó bona Crux. ✠ Resplenduerunt montes ab ea, & nubes hinc obumbravit caput ejus. Suscipe me. ✠ gloria Patri. Suscipe me.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 12. d.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: No-

lite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chryso-
logi Episcopi.

De Terrenarum cura despicenda, Sermone 23.

HODIE Dominus Evangelii gregis pusilla, & tenera primordia quam blanda exhortatione fit consolatus, audistis. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Auster spes anxias, dubios tollit eventus, omnemque propellit, & excludit timorem, quando in exordio ipso regnum nascentibus pollicetur, quoniam complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Quis de victu, quis de vestitu, quis de plebeo censu, & vernalis cæpit vilitate suspirat? De regno certus, de dominatione securus, satis sibi invideat, qui elevatus ad summam, ipse se ad humilia dejicit, ad egena depõnit.

✠ In magna siccitate preces fudit ad Deum, & ecce cæli contenebrati sunt, & facta est pluvia grandis.

✠ Quis est hic, quia ventus & pluvia obediunt ei?

✠ Dum sacra mysteria in campo perageret, dixit, & stetit spiritus procellæ. Quis est.

Lectio viij.

Sed scire convenit, Patre iste quis est, vel qualis est, vel quod regnum filii suis reproditur. Quis fit iste Pater, quotidie te consistente cognoscis, cum clamas: Pater noster, qui es in caelis: qualis autem sit, ipsa operum magnitudine pervidisti: ex nihilo fecit caelum, terram solidavit ex liquido, montes statuit ad stateram, maria intra legitimis terminos sola praecenti auctoritate conclusit. Verum si regni, quod promittit pusillis, desideras noscere qualitatem, ipse aperit, sic dicendo: Sinite parvulos venire ad me; talem est enim regnum caelorum.

Domine Jesu Christe, cui sanctus Petrus adeo fideliter in vita sua servavit, ut in tempore iracundiae ferret reconciliatio: Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutis animae & corporis. Qui famulae tuae Teresiae dixisti, te semper in Petri nomine petentes exauditurum. Exaudi. Gloria Patri. Exaudi.

Lectio ix.

Esse in caelo mirum est, in caelo vivere, est majestatis, jam regnare in caelo quanti sit, sensus desinit aestimare mortalis: &

tamen homo, quod aestimare non potes, percepisti, Apostolo sic dicente: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus diligentibus se: & quod te mereri dubitas, habere te, & possidere, jam cogaris confiteri. Quid ergo cum terra illi, qui possidet caelum? Quid illi cum humanis, qui adeptus est jam divina? Nisi forte placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis.

Te Deum laudamus. 17.

In Laudibus fit Commemoratio Octavae S. Joannis, etiam in Vesperis, v. **J**ustum, cui additur SS. martyrum Chrysanthi & Dinae.

DIE XXV. OCTOBRIS.

Septima die infra Octavam S. Petri.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno,

Lectio iv.

Assiduo altissimae contemplationis pabulo refectus, praclarum de oratione Tractatum propria experientia, & Dei illapsu edoctus, conscripsit. Singularem devotionis reverentia venerabile Eucharistiae

tae Sacramentum profectus, eo spiritus ardore facrum mysterium peragebat, ut plures ejus celebratione magis ad pietatem, dum persere in extasim raperetur, quam aliorum sermonibus se commotos fuisse profiterentur. Hanc devotionem Dominicae Passionis meditatione summopere fovebat, pro qua ubique, & praecipue in locis eminentioribus, Cruces erigi curavit, ut ad ejus aspectum omnes ad bajulandam Christi Crucem invitaret animaretque. In Conventu Pedrosi, Calvarii quamdam imaginem ad vivum exprimi fecit, ubi persere ante Crucem brachis expansis juxta morem serventis orans, totus in eam transformabatur, cum quo crucifigi ardentissime cupiebat.

Minister Christi fuit in laboribus pluribus, in plagis supra modum, in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis in solitudine: In arumnis, in vigiliis, & in jejuniis multis, in fame & siti, in frigore & nuditate. In omnibus exhibuit semetipsum sicut Dei ministrum in multa patientia. In arumnis.

Lectio v.

Accessit ad hanc altissimi spiritus unionem,

mira ejusdem corporis elevatio; dum in choro orans, & in Dei contemplatione absorptus, aliquando usque ad laquearia, spiritus ardore saepe ad radices arborum in genua provolvitur, supremos ramos, velut avis volando contingeret. In itineribus contemplationi intentus, multis a solo palmis elevari a viatoribus visus fuit. Semel Crucem in hortu Pedrosi devotis oculis contemplantem sursum ferri, & in aere coram ipsa suspensi, lucidissimos quoque ex oculis radios in eamdem Crucem emittentem, candidamque nubem caput ejus circumdantem, totam insuper viciniam eo splendore illustratam, obstupescerent Fratres conspexerunt. Non semel Christi Salvatoris praesentia perfrui promeruit, Virgo quoque Deipara se ei visendam exhibuit; & sanctus Franciscus, aliique spiritus caelestes cum concive suo familiariter colloquebantur.

Virtute multa praeditus sanctus Pater invictum ab oratione spiritum non relaxabat, Cum fructu operum proferens divina sapientiae verba. Diebus ac noctibus non cessabat ad supernis colloquiis & oratione. Cum fructu.

Lec-

Lectio vi.

Prophetæ vno illūstris, que ventūra erant, pronuntiabat. Quemdam adolescentem benedictionem suam ante efflagrantem, cum ab urbe quamprimum recedere decrevisset, de gravi discrimine, quod illi imminēbat, in hereticam scilicet quamdam opinionem incidēdi, præmonuit. Scholarem alium respiciens, mundo quamprimum renuntiatūrum, sacrūque religionis hābitum susceptūrum divinitus agnovit. Eodem superno lumine intima conscientiarum scrutabatur, ac miraculose (cum longē distaret) penitentibus suis interdum sese visendum præstabat, dulcique colloquio inquietos eorum animos sedabat. Insuper hanc sancto viro divinorum cognitionem comprobavit Deus in admiranda illa novi sideris apparitione, cum ipse urbem Avilam ad consolandam sanctam Teresiam primum accessisset, & in candidissima illius columbæ visione, que caput ejus circumvolans, humerode deinde residens, rostrum auri immissit, quasi cælestem ei doctrinam dicere monstrasset.

¶ Cum introisset in hortum, in quo fixa erat Crux, expansis manibus orabat,

dicens: * Suscipe me, & salva me, o bona Crux. * Resplendērunt montes ab ea, & nubes lūcida umbravit caput ejus. Suscipe me. Gloria Patri. Suscipe me.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 12. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homilia S. Petri Chrysostomi Episcopi.

De Terrarum cura despicienda, Sermone 25.

Videamus, quod dat Pater tantis consilium regnatūris: Vendite

que possidētis, & date eleemōsynam. Si vicūros vos, si regnatūros, si vos jam divites esse creditis in superis, ubi futuri, quō migraturi, ubi regnatūri estis vos, illa que vestra sunt jam præcedant; opes miseris cum misericordia commutate: que humana sunt, in Divina convertite. Et ne cui forsitan desset evectio ad portanda illa, que dimittitis, angariatus est pauper; serunt pauperes onera nostra, & volentes serunt, quia tali non deprimuntur pondere, sed levantur.

¶ In

¶ In magna ficitate preces fudit ad Deum, & ecce cæli contenebrati sunt, & facta est pluvia grandis. * Quis est hic, quia venti & pluvia obediunt ei? * Dum sacra mysteria in campo perageret, dixit, & stetit spiritus procellæ. Quis est.

Lectio viii.

Ecce docet avartiam, qui cōperat suadere contēptum. Facite vobis sáculos, qui non veterantur: & qui thesaurizantes temporaliter arguebat, ad totum cupiditatis fōnitem jubet sáculos sine fine perquiri. Christe, quo te pertrahit amor tuorum? Ut avaram iustificas, facies, quod desiderat, non quod oportet, audire; sáculos imperas, æternos thesauros, qui non deficiant, vis parari; ut avarus, dum consueta percipit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur. Verè Pater es, qui cum tuis quibuscumque parvulis sic agis.

¶ Domine Jesu Christe, cui sanctus Petrus adeo fideliter in vita sua servivit, ut in tempore iracundiæ fieret reconciliatus: * Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ & corporis. * Qui famulæ tuæ Teresie dixisti, te

semper in Petri nomine petentes exaudiat. Exaudi. Gloria Patri. Exaudi.

Nona Lectio legitur de SS. martyribus Chrysanthe & Daria.

In Laudibus Commemoratio Octavæ S. Joannis, & Justum, & SS. Martyrum.

Vesperæ de die Octavæ S. Petri, ut in primis Vesperis festi, cum Commemoratio, ut infra.

DIE XXVI. OCTOBIS.

Octavæ sancti Petri.

Duplex minus.

Omnia ut in die festo, præter Lectiōnes.

Et sit Commemoratio Octavæ S. Joannis, & Justum, & S. Evangelii Patrum.

In primo Nocturno Lectiōnes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Confirmavit quoque Deus insignem servitū sui sanctitatem innūmeris miraculis. Aliquādo nives è cælo decedentes, mirabiliter in aère suspensæ in modum testudinis, tecum quoddam ei efformantur, sub quo noctis ac tempestatis incommoda secūrdum evasit. Dum sacra interdum in aperto campo perageret, solum illud loci spā-

spátium, ubi pópulus Misæ præfens erat, nec aquæ quidem gutta, nec venti minima vis attingere aúta fuit. Aliàs plúvia de caelo cadente ficcis vëstitibus per públicas vias incescit. In magna ficitate præcibus suis copiósum à Deo imbrem obtinuit. Báculum suum, ut Fratrum occurreret necessitati, devòtè terræ infigans, mox divina virtúte fructiferum reddidit. Rápidos flúvios ficcis pedibus plúries pertransiuit. Accensum ignem in quodam Conventu per flammás ipsas innoxius incédens, sine mora extinxit. Sicque sanctificatis viri sancti sënibus omnia elementa obsequium præstiterunt.

* Minister Christi fuit in laboribus plúribus, in plagis supra modum, in itineribus sæpe, periculis flúminum, periculis in solitudine: * In ærumnis, in vigiliis, & in jejuniis multis, in fame & siti, in frigore & nuditate. * In omnibus exhibuit semetipsum sicut Dei ministrum in multa patientia. In ærumnis.

Lectio v.

Plures gravi morbo laborantes à morsu discrimine revocávit. Demersum in puteo infantem, chorda, qua cingebátur, in eum locum demissa, mira-

biliter extráxit: Mulieris óculos luce orbátos leviter tangens, data ei benedictióne, prótinus illuminávit. Her faciens, sæpius sóciis lassitudine confectis compatiens, oportunam eis escam, & aquæ fontem à Deo impetrávit. Féminam quamdam à démone per multum témporis decéptam, de prava illa consuetudine, quam cum maligno tentatore ignoranter habuerat, commonescèit; atque audita ejus confessióne, eam plúretique alios vexatos à spiritibus immúndis liberávit. Hinc máximus populórum ad eum sèbat concúrsum, ipsúmque tamquam hóminem à Deo missum, novúmque Apóstolum acclamábant.

* Virtúte multa præditus sanctus Pater, invictum ab oratione spiritum non relaxábat. * Cum fructu operum próferens divínæ sapientie verba. * Diébus ac noctibus non cessábat à supérnis colloquiis & oratione. Cum fructu.

Lectio vi.

Tandem post multos laboriosos, ac diuturnas infirmitates, quas semper constanti pertulit ánimo, anno Dómini millésimo quingentesimo sexagesimo secundo, cum annum sexagesimum tertium perageret, Aré-

Aré-

Arénis gravi morbo decumbens, Fratres suos ad paupertatis extrémæ cultum obnixè cohortatus est. A Depara & à sancto Joanne Evangelista visitari, atque ab ipsa augustissima Trinitate, sibi in máxima claritate apparente, ad cælestes nuptias invitari promeruit. Demùm Psalmo, Lætissimum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Dómini sibi, cum ingenti cordis exultatione recitato, paulò post humi in gènua procumbens, ea, quam prædixerat, hora, in Dómino sanctè obdormivit. Eodem témpore sanctæ Teresie magno splendore coríficans apparuit, seque ad réquiem pèrgere, & felicem esse penitèntiam, quæ tantam sibi promeruerat glóriam, indicávit. Eius corpus in Ecclesia Fratrum Descalcatorum sancti Francisci Arénis depósitum, singulari populórum veneratione invisitur. Tandem plúrimis fulgentem miraculis Clemens Papa Nonus anno Dómini millésimo sexcentésimo sexagesimo nono in Sanctórum número rétulit.

* Cum introisset in hortum, in quo fixa erat Crux, expánsis manibus orábat, dicens: * Suscipe me, & salva me, ó bona Crux. * Resplenderunt montes ab ea,

& nubes lícida obumbrávit caput ejus. Suscipe me. Glória Patri. Suscipe me.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.
In illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homilia S. Petri Chrysologi Episcopi.
De Terrenórum cura despicienda, Sermón 25.

Domine tu vidisti, quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis sit avaris, & ideo impunituribus in caelo sacculus vis parari, ut qui te non sequitur ad caelum, sequatur saltem sacculus suos. Avare, fac tibi sacculus, & fac jubente Deo, quia votis tuis annuit divina Majestas, sed fac tibi sacculos erogando, quia quidquid pauper accéperit, Pater cælestis suscipit, & ubi récondit in caelo. Et ne sortem perdidisse te dóleas vel usuram, cónsuptum in cælesti fenoere recipies, quidquid in caelum paupere transmiseras perferente.

* In magna ficitate precès fudit ad Deum, & ecce celi contenebrati sunt, & facta est plúvia grandis.

* Quis

* Quis est hic, quia venti & pluviae obediunt ei?
 V. Dum sacra mysteria in campo perageret, dixit, & fleuit spiritus procelia. Quis est.

Lectio viij.

Ustra mundi centum ad unum, Deus unum accipit ad centum; tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forsitan de cautione solliciti: quare? Nonne homo homini exiguae cartulae obligatione constringitur? Deus tot & tantis voluminibus cavet, & debitor non tenetur? sed dicis, Esto quod debeat, quo exigente restituit? seipso; quia non potest ille mentiri, idem ipse est & executor & debitor. Non erit in reddendo durus, qui proflusus est in largiendo; crede homo Deo, quod tibi Deus dedit, maiora reddere vult, cum vult debere largitor.

R. Domine Jesu Christe, cui sanctus Petrus adeo fideliter in vita sua servivit, ut in tempore iracundiae fieret reconciliatio: * Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutis animae & corporis. V. Qui famulae tuae Teresiae dixisti, te semper in Petri nomine petentes exaudistum. Exaudi. Gloria Patri. Exaudi.

Nona Lectio legitur de

sancto Evaristo Papa & martyre.

In Laudibus Commemoratio Octavae S. Joannis, & S. Evaristi Papae & martyris.

In secundis Vespers sic Commemoratio sequentis, & Octavae S. Joannis Confessoris.

DIE XXVII. OCTOBRIS.

Translatio sancti Ivonis Confessoris.

Semiduplex.

Omnia dicuntur de Communi Confessoris non Pontificis, lxxij, praeter ea, quae hic sunt propria.

In Hymno. Iste Confessor dicatur: Hac die laetus meruit supremos Laudis honores. Oratio.

Deus, qui beatum Ivonem Confessorem tuum innumeris decorasti miraculis, te suppliciter deprecamur: ut qui hodierna die ejus Elevationem & Translationem celebramus, ipsius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Et sic Commemoratio Octavae S. Joannis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ivo Presbyter Ordinis Penitentium beati Francisci, in Britannia regione Galliae honestis parentibus natus, ab ineunte aeta-

te

te religioni deditus fuit. Litteris egregiam operam navavit; sed ita semper in illis versatus est, ut non solum ob eorum studium pietatem minimè deseruerit, sed hujus cultum illarum studio longissimè anteposuerit. Nam pudicitiam perpetuo servavit: vino cibus lautioribus, ac delictis omnibus abstinuit, ceteraque virtutes, praesertim verò sanctam orationem summo perè coluit. Primum Lutetiae Parisiorum liberalibus disciplinis imbutus fuit: deinde Aurelianae sacrae Theologiae ac Juri Pontificio operam dedit. Quibus in studiis adeo profecit ut primum à Theodonensi Archidiacono, postea à Trecorensi Episcopo iudex curiae suae electus fieret. Quo quidem officio aliquot annos summa fide, integritate, atque industria functus est.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductioribus tuavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

Verum cum illud vitæ genus moribus & instituto ipsius minimè esset accommodatum, cuperet-

que abjectam, pauperem, & quietam vitam agere, & populum sibi commissum pro seipsum curare (erat enim Párochus cuiusdam Ecclesiae) sponte illo se magistratu abdicavit, & ad Ecclesiam suam se contulit. Ubi honestis vestibus, quibus antea pro sua dignitate utebatur, depositis, despectis ac vilibus indutus est, sub quibus etiam cilicium celatum habuit. Singulis quartis Feris ac Sabbatis jejunabat: & in jejuniis ab Ecclesia institutis, nihil aliud sibi ad prandium, quam panem & aquam admittēbat. Somni tantum capiebat, quantum necessitati corporis fatis esset. Lectus erat nuda humus aut crates; pulvis sacrorum Bibliothorum codex.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriae induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. V. Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Jam verò oratione & contemplatione adeo delectabatur, ut somni, cibi, ac potus oblivisceretur. Aliquando etiam contigit, ut absque omni cibo & potu corporalis hebdomadam totam in cubiculo suo inclusus maneret. Ex quo egrēt-

egressus, non alio oris ac totius corporis statu apparuit, quam si quotidie dispicere epulatus fuisset. Rem diuinam quotidie faciebat tanto pietatis ardore, ut quodam die, dum sacrosancta mysteria adstantibus spectanda & adoranda (ut fieri solet) in sublimi tolleret, igneus quidam globus miri splendoris illa ambiens visus fuerit. Eximie fuit hospitalitatis, & in omnes pauperes charitatis: ita ut ipse nec vivere posse videretur. Semper enim domi suae pauperes ac peregrinos habebat: quibus suis manibus pedes abluēbat, & aquam manibus infundēbat, & in ceteris rebus ministrabat. Miraculis & in vita & post mortem claruit. Quibus permotus Summus Pontifex Clemens Sextus, eum in Divorum numerum retulit.

☩ Ille homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. ☩ Ille est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te, Gloria Patri, Quia.

In ij. Nocturno Lectio- nes de Homilia sancti Gregorii Papae in Evangelium. Sint lumbi, ut in Com-

muni Confessōris non Pontificis. lxxxij.

Nona Lectio de Vigilia Apostolorum Simonis & Juda.

In Laudibus fit Commemmar. Octavae S. Joannis, Antiph. O zelator. ☩ Ora pro nobis. Oratio. Deus, qui, ut supra. 6r.

Et Vigiliae Apostolorum. Vespera de SS. Apostolis Simone & Juda, sine ulla Commemor.

DIE XXVIII. OCTOBIS. In festo SS. Apostolorum Simonis & Judae

In ij. Vespers fit Commemor. Octavae S. Joannis Capistrani.

DIE XXIX. OCTOBIS. Septima die infra Octavam S. Joannis. Semiduplex.

In primo Nocturno Lectio- nes de Scriptura eurrente. In secundo Nocturno Lectio iv.

Adscriptus Minorum sodalio Joannes ita cunctis virtutibus clarere cepit, ut is, qui praeter, dixerit, magnum Ordinis ornamentum ipsum futurum. Corpus flagellis, cilicio, vigiliis maceravit; sensuumque custodia, ac modis omnibus castitatem illibatam servavit. Saepē in rerum divinarum contemplatione defixus donis caelestibus ornari meruit. Vir pro-

profundissima humilitatis, & contemptus sui, in tanta nominis fama abjectis numeribus fungi solitus, & cuiuslibet vel infimi ordinis ministrare. Ut Aquilanni Episcopatum accipere adduci non potuit. Plures Ordinis Provincias citra, & ultra montes visitare iussu sanctiorem disciplinam ubique restituit, vel confirmavit. Observantium Familiam, cui iterum potestate vicaria praefectus fuerat, optimis legibus, exemplisque constabiliam sic ampliavit, ut maximam Ordini universo coronam, sancto Jacobo Piceno testante, attulerit.

☩. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductōribus tutavit illum: ☩ Et dedit illi claritatem aeternam. ☩. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et. Lectio v.

Praedicationi Verbi Dei sedulo incumbens, Italiam serē universam lustravit, quo in mōnere obeundo & virtute sermonis, & miraculorum frequentia innumeras propē animas a peccatorum ceno in viam salutis reduxit. Pōpulos inveteratis odiis, amicitiae certantes ad concordiam revocavit. Ortone cum cives,

plurēs compositi, subinde veteres inimicitiae renovarent, Joānes advocata concione dissidiōrum facem inter eos a dāemone mirabiliter detrecto, accensam, extinxit. Aleatrum, mulierumque ornatus immodici tam acer fuit insectator, ut haec vitiorum, & vanitatum instrumenta utro in forum ab omnibus deportata, combūstaque fuerint. Hebraeis, & Haereticis invidis graves eorum calumnias, & insidias forti animo pertulit; atque in haeretur, & vitiorum monstra, quoad vixit, divini verbi gladium exercere nunquam desistit.

☩. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, solum glorie induit eum: ☩ Et ad portas paradisi coronavit eum. ☩. Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad portas. Lectio vi.

Despare Virginis cultor eximius, & laudator fuit. Multa signa edidit virtute nominis Jesu, in cuius propaganda veneratione imitator magistri Bernardini fuit, quem pro eodem sanctissimo nomine calumniis traductum Romae in Basilica Principis Apostolorum coram Martino Quinto strenuē defendit. Aquile immensa multitudo inspec- tante fraudibus dāemonum dis-

dissipatis, tanti nominis dignitatem, & potentiam offendit, ad ejusque typum adorandum corda omnium accendit. Fluvios Padum, & Silim, strato super aquas pallio, cum sociis trajecit. Martini Quinti obitum, & Eugenio Quarti successio- nem, aliisque multa prophé- tico spiritu prædixit.

¶ Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: In- gredere in requiem meam: ¶ Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. ¶ Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia te. **GLORIA PATRI.** Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii se- cundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12.

In illo tempore: Dixit humi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua. Homilia sancti Petri Chry- sologi Episcopi.

Descumbenti homini Deus astat, & astat in cælestibus: epu- lanti servo servit Dominus, & servit accinctus: pueris suis, ministris suis ministrum facit Christus, & facit in patris jam gloria consti- tutus. Homo calumniaris: est adhuc quod detulerit

Patri, qui tibi in terra sa- vando pedes extremum re- præsentavit obsequium, & repromittit in cælestibus no- vissimam servitutem. Ille tibi in cælestibus parat con- vivium, se ministro: & tu illi in terra non definitis con- tinuas ingere, & generâ- re blasphemias.

¶ Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: ¶ Ipse intercedat pro peccatis om- nium populorum. ¶ Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & per- manens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

Faciet & ille transitus suos, quia transiens mi- nistrabit illis: de domina- tione ad fidulum suorum pia transiet, & magistrabit obsequia, ad te de miseri- cordi Patre severissimum transibit in judicem. Con- stantibus, expectantibus, ministrabit epulas, minist- rabit & tibi, sed dignam de tua negatione senten- tiam. Si in secunda & tertia vigilia venerit: vigillias mundus plures, tres tan- tum vigillias novit expecta- tio Trinitatis: quare tamen prima? Quia prima jam vigilia in ortu Dominicæ

Na-

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Innumera sunt, quæ in Germania, alitque Pro- vincis Joannes dedit sacra argumenta. Ver- bum Dei quotidie, quam- quam viribus fractus, præ- dicabat, & populo fidei Christianæ rudimenta expli- cabat. Ad eum permulti, ut Apostolum alterum, vel potius Angelum celo de- missum, non ut Nuntium modo Apostolicæ Sedis, ven- titabant. Quæ frequentia, & honoris significatione ni- hil ipse commotus dicere solèbat: Non nobis Domi- ne, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. In Polonium missus ad Casimirus Regem legationem gessit toti Regno salutarem: cui etiam Regi multa prædixit, quorum veritas comprobata evenerit est.

¶ Honèdum fecit illum Do- minus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductori- bus tutavit illum: ¶ Et de- dit illi claritatem æternam.

¶ Justum deduxit Domi- nus per vias rectas, & ost- endit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

In multis Principum Ger- mandorum conventibus expeditionis in Turcas hor- tator diligens, & impassor fuit. Cùm verò Callistum Tertius, ipso potissimum de-

Nativitatis excesserit.

¶ Sint lumbi vestri præ- cincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: ¶ Et vos similes hominibus ex- pectantibus dominum suum, quando revertatur a nup- tiis. ¶ Vigilate ergo, quia nescitis quæ hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. **GLORIA PATRI.** Et vos.

Lectio ix.

Probant hoc Pastores, qui dum supra gregem suum vigilant, gregis ipsum Pastorem in præseprio invenire, videre, tenere me- rentur, & auctorem: sed quæ sit secunda & tertia vi- gilia, requiramus. Sicut tri- que prima vigilia est sui or- tus in carne, ita secunda est vigilia, quæ nostra redit & refecturatur in carne. Denique ut ad resurgentem veniat, annuus excitatur & evigilat mundus. Tertia vi- gilia est illa, quæ expecta- tio tota novissimo venientis finitur adventu: ut sicut ille resurrexit nobis: ita nos illi jam perpetuum resurgamus ad vitam.

Te Deum laudamus. 17.

DIE XXX. OCTOBRIS.

Octava S. Joannis Con- fessoris.

Duplex missus.

Omnia ut in primis Vesp- eris Festi. 6r.

In primo Nocturno Lec- tionés de Script. occurrente.

deprecante, cruce signatos mittere decreverit, Joannes fulguris instar per Pannoniam, aliasque provincias volitavit; qua verbo, qua litteris Principum animos ita ad bellum accendit, ut brevi millia Christianorum septuaginta conscripta sint. Ejus consilio, ac virtute potissimum Tauranenſis victoria relata est, centum ac viginti Turcarum millibus partim caedis, partim fugatis. Cujus victoriae cum Romam nuntius venisset octavo Idus Augusti, idem Callistus ejus die memorie sollemnia Transfigurationis Christi Domini perpetuo consecravit.

Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam glorie induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. * Induit eum Dominus lorice fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Hanc illustrem victoriam mors est Joannis consecrata in osculo Domini. Desinco exequit in Pannonia, & Germania, ac tota Italia per triduum, Villaci vero, ubi ejus corpus elatum est, per septem dies perfoluta. Ipsi gloria post mortem multis miraculis Deus ostendit: quibus permoti Fredericus Imperator, Pannoniae Reges, Episcopi,

civitates Apostolicam Sedem, ut eum Sanctis adscriberet, exoraverunt. Leo Decimus primum Capistrani oppidanis concessit, ut eum diem, quo Joannes obierat, quotannis festum haberent: deinde Gregorius Quintus Decimus Officium adiecit: Innocentius Undecimus de beato Viro inter Sanctos, referendo decretum edidit: retulit vero Alexander Octavus anno millesimo sexcentesimo nonagesimo; & Joannis nomen formidabile Turcis maxima Urbis celebritate consecravit; eoque facto laetitiam Christiani populi, barbarorum potentia multis praesulis per id temporis fracta jam exultantibus, pleniorum fecit.

Ille homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.

Ille est qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.
In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. Et reliqua. Ho-

Homilia sancti Fulgentii Episcopi.

Ex Sermone de Confessione.

Si iustum Domini sermonem secundum litteram velimus accipere, nihil in eo commodi spiritalis possumus invenire: quid enim proficit ad animae salutem, si aliquis corporaliter ut lumbos praecingat, aut lucernam accendat? in lumbis itaque concupiscentia carnalis ostenditur, in lucernis vero fides, & charitas Christiana monstratur. Jubens igitur Dominus lumbos nostros praecingi, concupiscentias carnis sine dubio praecipit refranari. Imperans autem, ut lucernas ardentes habeamus, hoc itaque jubet, ut & lumine verae fidei splendeamus, & sanctae charitatis operibus servemus.

Ille est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. * Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens te ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

Ista, quae de Evangelio proponimus, cum Prophetis sermonibus conferamus. Utrunque enim tel-

Pars Autumnalis.

tamentum Deus instituit, unus Dominus dedit: eiti sunt utriusque Testamenti diversa pro temporibus Sacramenta: concordat tamen in utroque salus humanae sententia, qua praecipitur, ut non peccemus, & jubetur, ut bonis operibus insistamus. Per Isaiam Dominus omnes his admonet verbis: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite: perverte agere, discite benefacere. Quid est enim, Sint lumbi vestri praecincti, nisi quiescite agere perverte? quid est, Sint lucernae ardentes, nisi discite benefacere?

Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. * Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Praecinguntur enim fidelium lumbi, dum concupiscentia mala comprimunt, dum iniqua cogitatio cohibetur, dum libidini resistit animus, dum lasciviae denegatur affectus, dum calcatur luxuria, dum avaritia contentumur, & rapina, dum proximi laeso devitatur, dum superbia vincit.

E